



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

13. De Deo quatenus est primum rerum omnium Principium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

Tibi verò προικωνίω & αἰωνοτόχῳ
principio, quod omni principio
antiquius, tibi æuorum parenti,
sæculorum Regi, temporum dis-
pensatori, ætatum prouectori, om-
nis permansionis & durationis ba-
si, & beatæ æternitatis largitori,
omnis honor & gloria in omnem
æternitatem. Amen.

CONSIDERATIO XIII.

*De Deo, quatenus est Primum
Rerum omnium Principium.*

DEus dicitur *Primum Prin-*
cipium respectu omnium,
& singularum creatura-
rū. Omnis enim res crea-
ta, quantumuis à multis causis de-
pendeat (sicut patet in plantis &
animalibus, & rebus arte factis),
ultimò tamen reducitur in illum,
tanquam in primam omnium cau-
sarum causam.

Dicitur

Dicitur autem *Primum principium*. 1. *Quia antiquissimum*. Nihil enim ante ipsum, aut cum ipso ab æterno fuit, quod sit causa rerum; sed quæcumq; sunt aliæ rerum causæ seu principia, sunt infinito tempore posteriora.

2. *Quia primum dignitate*, utpote supremum; cum nihil supra ipsum esse possit, à quo ipse potuerit accipere ut esset rerum causa; nemo illi vim faciendi contulit; nemo modum faciendi ostendit, aut ideam exhibuit; nemo suavit ut faceret; nemo finem proposuit; nemo iuuit, aut cooperatus est: sed hæc omnia à seipso habuit, & per se præstitit. Ipse ex se habet infinitam potentiam, quiduis extra se, & infra se fabricandi; ipse à se omnem artem & sapientiam, & ideam omnis operis conceptibilis; ipse à se omne consilium & inclinationem ad opus condendum habet; ipse met est

finis

finis totius operis : ipse solus per se nemine cooperante , aut materiam subministrante, sine vllis instrumentis omnia fecit.

3. Dicitur *Primum Principium*, quia omnium principiorum ipse est principium , & omnium causarum causa ; idque triplici modo : nimirum vt *efficiens*, vt *finis*, vt *exemplar*; cum enim sint quinque causarum genera, materia, forma, efficiens, exemplar, finis, ipse triplici modum dicto omnium causarum est causa & principium.

Rerum enim corporalium *materia* suam speciem & indolem, suam proportionem, ordinem & aptitudinem ad *formam* recipiendam, & ad aliquid tertium simul cum illa constituendum, ab ipso habet.

Omnis quoque *forma* rei corporeæ suam speciem, & ordinem essentialem ad materiam certo modo dispositam, vt ei substantialiter uniat-
tur, ab

tur, ab ipsius sapientia, & potentia accepit. Omnis proportio & consensus, mutuus ille amor, mutua penetratio, connexio, cohæsiō, & complexio inter materiam & formam, inter obiecta & accidentia, inter substantias & omnia illorum ornamenta, ab ipso sunt excogitata, instituta, ordinata, & omnem vim suam obtinent.

3. Omnis etiam causa efficiens omnisque virtus operatiua in Angelis, hominibus, animalibus, plantis, & cæteris rebus, ab ipso est instituta, formata, & communicata, suamque speciem, ordinem, & modum habet. Vnde est principium omnis principij, seu causæ effectricis.

4. Omnis quoque causa exemplaris, omnisque conceptio, & ars omnium artificum, qui arte aliquod opus faciunt, ab ipso est; cum ipse sit auctor omnis intel-

lectus,

lectus, & illustrationis, cōceptionis-
que intellectualis,

5. Denique ipse est auctor
omnis *causæ finalis*; quatenus om-
nis finis, quem homo vel An-
gelus (qui soli propriè ob finem
agunt) intendit, suam bonita-
tem, suavitatem, commoditatem
& excellentiam, ob quam appeti-
tur, ab ipso habet. Similiter om-
nis finis ob quem reliqua omnia
operantur, & aguntur, ab ipso
est institutus. Itaque ipse est
Principium omnis Principij supra
omne principium, & causa om-
nis causæ supra omnem causam.
Vnde sæpè à Dionysio voca-
tur *Hyperarchios Archi*: quibus
verbis non tantùm significatur
ipsum esse principium omnium
principiorum; sed modum ip-
sius causandi esse longè altiore,
& omninò independentē ab omni
alio principio.

4. Quia

4. Quia cū omne illud principium & omnis causa secundū suum esse, & secundū omnem causandi rationem, ab ipso essentialiter dependeat; ipse tamen dependet à nullo; sed est principium omnium, omninò indepēdens, infinitè supra omnia principia eleuatum.

Itaque *ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia*, ad Rom. II. *Ex ipso*, quia ex seipso tanquam originali seu radicali omniū idea, omnia ab eterno mente concepit. *Per ipsum*, quia solus nemine adiuuante omnia in tempore condidit. *In ipso*. Græcè εἰς αὐτὸν, i d est, *propter ipsū, vel ad ipsum*, quia ipse omnium finis; cū ad eius gloriam condita sint omnia.

CONSI